



**Corpus Juris Canonici, Per Regulas Naturali Ordine
Digestas, Usuque Temperatas, Ex Eodem Jure, Et
Conciliis, Patribus, Atque Aliunde Desumptas, Expositi**

Opus, Tum In Rebus Obscuris Claritate, Tum Dispersis Collectione ac
delectu, in contrariis conciliatione, eximium, simulque Indicibus ac
Præfationibus, Notisque quamplurimis & exquisitis illustratum, ; In Tres
Tomos divisum

Complectens Prolegomena Ad Jus Canonicum In Se Et Universim
Consideratum

Gibert, Jean-Pierre

Coloniæ Allobrogum, 1735

Cap. XVII. Concilium Rhemense anno 1583.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74413](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74413)

Matrimonia tríplici vīce denuntiarentur, & palam contraherentur testibus quatuor præsentibus, sub penis indicis à Conciliis. Miramur quamobrem Synodus Rothomagenis executionem hujus Decreti præcipere non ausa sit, quod Concilium Tridentinum nondū eset publicatum; quid enim metuere poterat, cum Decretum illud sic receptum solemniter fuisset. Fortè cum Matrimonia Clandestina nominatim non irritaverit Constatutio; existimavit, rem fore Regi ingratam, præcipere observationem Decreti, quod expressè illa irritat. Ut ut sit, de verâ hujus temperamenti causâ, hinc liquet quanam fuerit hujus Synodi idea, circâ necessitatem publicationis solemnis Tridentini in Galliâ, ut liceret observationem Decretorum ejus exigere.

Sed inquires, si publicatio hæc tam necessaria visa sit, ut Episcopi haberent jus observationem illorum Decretorum exigendi, cur pleraque ex illis Decretis adoptavit, ea suis inferendo, atque etiam Tridentinum aliquoties laudando.

Responsio est, Decretum circâ Matrimonium Clandestinum, cuius observationem exigere non ausa est Synodus Rothomagenis, magnam connexionem habere cum administratione Civili: quapropter non licet id præcipere sine consensu expreso Regis: Decreta autem, quæ Synodus adoptavit, non respiciunt regimen politicum, vel saltem remotè illud respiciunt, unde credibile erat, Regem consentire, ut illa obseruantur. Id inferri potest ex temperamento, seu cautelâ, quam adhibuit Synodus, cùm voluit præcipere executionem Decretorum, que Statutum respiciebant; nám tunc Regem deprecatur, ut consentiat; sic enim loquitur. *Cap. de Episc. Officio num. 30. Quoniam vero in aliquibus Hospitalibus aut Leprosariis, sunt viri & mulieres regulari obseruantia addicti, sed, ut plarimum, valde corrupti, ad eorum reformationem saltem autoritate Apostolica sibi in visitatione etiam contra Exemptos concessa, procedat Episcopus, ex Decreto Concilii Tridentini, quem ad hoc etiam committi supplicandum Domino Regi.*

CAPUT XVII.

Concilium Rhemensē an. 1583.

STATIM ab exordio hujus Synodi, Cardinalis **GUISIACUS**, qui eam convocaverat, eique praefuit, significat aliquo modo vocari posse publicationem Concilii Tridentini id quod fecerunt Synodi Provinciales præcipua, Decreta illius Statutis suis inferendo; quia illa Decreta unâ promulgata fuerunt cum Statutis quibus inserta erant. Significat præterea ejusmodi publicationem valde inferiorem esse illi, quā Ecclesia Romana & Clerus Gallicanus cupiebant, tam autoritate & amplitudine, quām solemnitate: Autoritate, quia Regius consensus deerat: Amplitudine, quia pertingebat solum ad Provincias, quæ Synodos habuerant, & ad sola Decreta, quas ab iis adoptabantur, & eadem ubique non erant, ita, ut superefiant Decreta non publicata, & Provinciæ, in quibus nullum Decretum publicatum erat: Denique, solemnitate, quia hæc publicatio tacita erat tantum & per occasionem; publicatio autem exoptata fieri debebat omnium Decretorum in omnibus Provinciis Regni, ex iussu Regio, & juxta Litteras Patentes debito modo in Curia Tabulis regestas. Denique, significat, in publicatione exoptata non agi solum de Fidei Decretis, sed etiam de Statutis circa Disciplinam. Interim dám ampliorem Sacrosanti OEcumenici Concilii Tridentini promulgationem quotidie speramus pro Ecclesiastice Discipline restitutione, Christianorumque morum compositione, quibus Clerum, populumque fidei nostra creditum præliceret totis visceribus in Christo extermi, de assensu Reverendissimorum Fratrum nostrorum Coepiscoporum & consilio plurimorum gravium virorum, ex omnibus Provinciae partibus in primâ nostra Provinciali Synodo Rhemensi congregatorum, que sequuntur statuenda esse duximus.

Locus modò relatus circâ publicationem Concilii Tridentini observatione dignus erat; verum sequens maiorem attentionem meretur; nam videbimus quod, postquam an. 1581. Cardinalis **BORBONIUS**, in Concilio Rothomageni declaravit, se non audere præcipere executionem, prioris Decreti de Matrimonio, quia illud Concilium nondū fuerat in Regno publicatum, biennio post, anno 1583. Cardinalis **GUISIACUS** illud observari inviolabiliter præcipit. *Quoniam agitur de Cladestinis Matrimonii, atque adeò de totâ ineundorum Conjugiorum ratione, multa utiliter, & ad hæc tempora accommodate statuit Sacro Sancta Synodus, idè, ut, qua ab ipsâ sancte decreta sunt, ab omnibus planè intelligi, & inviolabiliter observar possint; hic ad verbum inferi volvimus.*

Actio hæc eo magis mira est, quod Cardinalis **BORBONIUS** erat Legatus à latere, atque è domo nobiliori oriundus, quām Cardinalis **GUISIACUS**; & tamen hic, fine ullo temperamento ab illius exemplo recedit. Si conjectari circâ hanc difficultatem liceat, dici potest Cardinalem Guisiacum exploratâ mente Consistorii Regii circâ timidam moderationem Cardinalis Borbonii, deprehendisse, se absque illius offensâ, posse Decretum, de quo agitur, edere, & Status Blesenses huic publicationi viam aperuisse art. 40. Hæc conjectura eò magis est probabilis, quod Concilia sublequentia ad hujus exemplum præceperunt executionem ejusdem Decreti, fine ullâ Principis querimonia.

CAPUT XVIII.

Concilium Turonense an. 1583.

SYNODUS TURONENSIS non postulavit à Rege publicationem Tridentini sed de illa locuta est, tamquam de re necessaria ad conservationem Fidei Catholicae, quod benignè accipendum est, ita, ut sensus sit, istam publicationem posse ad reformationem morum contribuere & per eam ad conservationem Fidei Catholicae, quæ morum depravatione labefactatur. Cū Trid. OEcum. Conc. ad Fidei Catholicae conservationem ... perneccessaria sint, suam Majestatem impensè roget Synodus, ut dignetur jubere Concilium Tridentinum publicari.

Si hæc Synodus Decreta sua confiendo intenderat eorum confirmationem à Rege postulare, quod quidem factum est post ejus finem; hoc in Concilio reperimus rationem specialem, cur plura Tridentina Decreta Statutis sui inseruerit, priusquam ejusdem Tridentini publicationem imperavit: scilicet, confidebat, si aliquod Decretum Regiæ autoritate indigeret, fore, ut illam in confirmatione adipisceretur. Factum, de quo loquimur, relatum in Epistola **Simonis DE MAILLE**, Archiepiscopi Turonensis, ad **HENRICUM III.** Concilii nomine scripta, quæ exstat ad calcem Actorum. Idem factum notari mereatur ob suam singularitatem, cùm nulla sit Synodus ejusdem Sæculi XVI. neque sex præcedentium, quæ Statutorum suorum Confirmationem à Rege petierit. Et quidem Synodus, allegando exempla Conciliorum, quæ in hoc Capite imitatur, duo tantum Noni Sæculi commemorat. „Hunc igitur Christia... nissime Rex, à Turonensis Concilii Patribus exaratum libellum, Tuæ excellentissimæ Majestati suplices offerimus, gratumque habere suppliciter de... precamur, de quorum vitæ integritate, ingenio... dotibus, Relligione, Doctrinâ, sive muneri ac... curatâ sollicitudine, cùm non sit hic testificandi... locus, obiter tamen id dixerint, nec si non his... parem, saltem eorum esse affeclam vehementer... cupere, offerimus, inquam, tibi libellum exem... pli Patrum Concilii Cabillonensis secundi, qui Im... peratori Carolo Magno sua Decreta duxerunt offe... renda, ut sacratissimo ipsius Judicio, quæ ab eis... recte sancta erant; confirmarentur, & sic ubi forsitan... omissum